



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

De vna sancta non virgine.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

per terram habitationem meam: et pro morte defluentem deprecata sum. **Capitulum.**

**S**apientia vincit maliciam attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter.

**M**ulierem fortiter quis inueniet procul et de ultimis finibus precium eius: confidit in ea cor viri sui: et spolijs non indigebit. **Capitulum.**

**F**allax gratia et yana est pulchritudo mulier timens deum ipsa laudabitur. **Ps.** Specie tua et pulchritudine. **Super**

**Sag. an.** Veni electa mea et ponam in te thronum meum quia concupiuit rex specie tuam. **Collecta de vna virgine**

**D**eus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in seculo fragili victoria maritimi contulisti concede propitius: ut cuius natalicia colimus per ea ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum Iesum Christum. **De virgine non**

**D**eus qui martire. **Collecta.** nos beate A. virginis tue annua solemnitate letificas: concede propitius ut eius adiucemur meritis cuius castitatis irradiamur exemplis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

**De vna sancta non virgine.**

**G**raudi nos deus. **Collecta** salutaris noster: ut sicut de beate A. festiuitate gaudemus:

ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominum. **Nullo**

**la** suffragia nisi aliud festum concurrat. **Ad completorium de tempe. Ad matutinas Inuitatorium.** Regem virginum dominum Venite adorem?

**ps.** Venite. **In primo noct. an.** Veniente sponso prudens virgo preparata introuit cum eo ad nuptias. **ps.** Domine dominus noster. **An.** Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem inuenit. **ps.** In domino confido. **An.** Ecce prudens virgo migravit ad Christum fulgens inter choros virginum sicut sol in virtute celesti. **ps.** Domine quis habitabit. **ps.** Specie tua et pulchritudine tua. **Sermo beati marci**

**Quem in mi. epi. Lectio I.** Et toto mundo virgineus flos marie inmarcescibiles coronas innectat et sceptrigeram pudoris aulam immaculato conseruet affectu: eo usque integritas perseverauit ad palmam ut in puellis tropheum sanctitatis arriperet: et per vestigia matris virginis ad celestem thalamum perueniret.

Hinc est quod anulo fidei hec sancta virgo A. se assertit subarratam et clamat se amori constrictam. Tu autem domine nostri miserere. Deo gratias.

**Veni sponsa christi accipe eo**

**1 k iij**